

A D L E C T O R E M.

& retineatur tantummodo tertia circiter pars *mille & nongentorum versiculorum*, continentium omnes totius Novi Test. voces & dictiones.

Voces Græcæ, Latine Romanis literis translatae, sunt annotatae in illis locis; sed quæ Italicis literis versæ extant, eæ illis in locis tantum sunt additæ ad complementum sensus; alibi tamen inveniuntur Romanis literis translatae. Si scire aveas, quo loco S. Script. quælibet vox Græca inveniatur, confule *Syllabum Pasoris*, a me anno 1675. variis modis reformatum, & editum Amstelod. apud *Henricum Boom*. Ibi singulis vocibus N. T. videbis adjectum locum S. Scripturæ, in quo quælibet vox Græca invenitur. Etiam ibi primo intuitu videbis, num vox N. Test. sæpius, an semel tantum occurrat. Brevi videbis illius Syllabi alteram editionem.

Voces N. Test. unica vice, vel in unico versiculo tantum extantes, sunt *mille sexcentæ & octuaginta sex*; atque ut eas, utpote rariores & retentu difficiliore, facilius